



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Apotheca Spiritvalivm Pharmacorvm Contra Lvem
Contagiosam Aliosqve Morbos**

Wichmans, Augustin

Antverpiae, 1626

Quinto Nonas Maij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9653

3.
Maij,

Quinto Nonas May.

In Monasterio S. Mariæ de la Cruz, in Hispania,
 Natalis gloriosæ virginis Ioannæ de la Cruz,
 quæ postquam miraculosas indulgentias, etiam
 contra pestem, è celo impetrasset, ab Angelo vo-
 cata, inter passionis Dominicæ lectionem, ad
 sponsum euolauit.

Vitam huins virginis scripsit P. Cornelius Thielmans, in
 qua pulcherrima lectu, & stupenda supra infirmum illum
 sexum, reperies. Per virtutem benedictorum granorum,
 plurimi sèpè à peste liberati fuerunt, atque in primis Anna
 de Lero, vti narrat idem author; cuius librum, quia ubique prostat,
 tu vide. Illud notabile de hac virgine refertur, quod 3. die Maij sic
 nata, 3. item die Maij per professionem Deo renata, 3. denique die
 Maij per mortem mundo denata.

M A I V S.

Septimo Idus Maij.

9.
Maij.
Vide cap.
19. Apot.
Spir. fol.
115.

Gandaui eleuatio S. Macarij Antiochenæ sedis
 Archiepiscopi, virtutibus & miraculis clari, qui
 sua morte, Deo iam placato, pestiferum ignem
 in eadem ciuitate restinxit.

Quamuis hic celeberrimus contra pestem Tutelaris diem or-
 bitus sui habeat 10. Aprilis, quo & passim in Martyrologijs
 commemoratur; visum tamen fuit eum hoc die ponere,
 quando Gandaui an. 1067. corpus eius omnino integrum
 eleuatum fuit à Balduino Notiomensi, & Lierberto Cameracensi
 Episcopis, Philippo Francorum rege, Balduino Insulano Flandriæ
 Comite, eiusque filio Balduino Comite, & alijs proceribus adstan-
 ribus: celebraturque Gandaui celebrius hæc dies eleuationis, quam
 depofit